

obsequia inuicem exhibete. quoniam haec est via per quam acquiruntur beata
vita. Ergo ut sacra omnino nobis proficiat demum operam ut in huius
septem premissis exemplis imitemur dominum Iesum Christum ut sic tandem admitta
mur ad cenam illam magnam in qua omnes electi pascuntur reficiunturque
beata visione dei qui est benedictus in secula seculorum. Amen

Feria. v. in cena domini de celebratioe misse ac eius significatione
necnon et illius audicione. **Sermo. lxxvii**

Quod sacrificium iusticie et sperate in domino. Illuminati prophete
verba sunt ista psalmi. iij. p. ac debent omnes fideles spera
re vberem fructum se fore suscepturos ex frequenti oblatione
sacrificij immaculati dei nostri Iesu Christi. qui quocumque missa debite ce
lebrant offerunt pro viuis atque defunctis. Et licet non omnes esse possint
parati spiritus et quotidie sanctissimum sacramentum suscipere veruntamen non priuam
suauissimo eius fructu cum assistunt fideliter et deuote quam a sacerdoti
bus consecrat. Unde augustinus de sermone. di. iij. c. ut quod ait. Ut quod paras den
tem aut ventrem. Crede et manducasti. Nam autem plerique cor habentes
audium et in deuotum negligenter suo tempore ad missas audiedas conueniunt
aut illas audiunt minus reuerenter. Percipio in sermone de missa loqua
mur ad quod nos inuitat propheta in verbis propositis exhortans et eos
qui non sunt sacerdotes ut velint adesse in celebratioe tanti misterij
sperantes ob id sequi copiosa muera gratie dei. de missa itaque tra
ditur tria misteria principalia declarabimus

Primum erit de celebratioe. **¶** Secundum de significatione. **¶** Tertium de audicione.
Hec triplex regula est obseruanda in celebratioe misse secundum locum temporis
et modum. **Capitulum. i.**

Quoniam misterium de missa declarandum est de eius celebratioe.
Nam licet ut ait hugo. li. de sacris. Missa nihil aliud est quam conse
cratio eucharistie quam ideo dicitur missa quia mittitur hostia vel ob
latio. Vel sicut dicit magister di. xij. q. rti. Missa dicitur quia mittitur
celestis missus qui ut exponit innoentius est magnus filius angelus. Iste in quantum
mittitur ad consecrandum quia ille est sacerdos inuisibilis dominus Iesus Christus qui
consecrat et officiat hoc sacramentum ubicumque officiat. Vel dicitur missa quia propter
fidelis pro ministerium sacerdotis preces et vota et oblationes deo mit
tit. In celebranda est cum obseruatione triplicis regule. Prima est loci
Secunda temporis. Tercia modi. **¶** Prima regula obseruanda in celebra
tione misse est loci. Ut enim inquit richardus. m. iij. di. xij. Communiter
non licet missam celebrare in loco non sacro quia sic instituit ecclesia ut
patet de conse. di. i. c. sicut. c. missarum. c. hic ergo. et. c. nullus presbiter
Cuius institutionis ratio fuit. quia in sacramento altaris quod in missa
consecratur continetur ille qui est summe sanctus et totius nostre sancti
tatis causa effectiue in quantum deus et meritozie in quantum homo. In
casu tamen magne necessitatis permittunt iura celebrari in loco non
sacro si tamen tabula sit consecrata cetera que sancta misteria ad illud of
ficium pertinencia ibi affuerint. sic cum ecclesie pure fuerint meense vel cum